

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Laus ap
cum fonte primo

Quid stultius est quam in homine
aliena laudare? Quid eo demencius qui
ea miratur que ad alium transferri
protinus possunt?

Nemo gloriari nisi de suo debet.

Seneca ibidem (XLI. epistola).

Quid enim est stultius quam in homine
aliena laudare? quid eo dementius, qui
ea miratur quae ad alium transferri
protinus possunt?

Non faciunt meliorem equum aurei freni.
Aliter leo aurata iuba mittitur, dum
contractatur et ad patientiam recipiendi
ornamenti cogiturn fatigatus, aliter
incultus, integri spiritus: hic scilicet
impetu acer, qualem illum natura esse
voluit, speciosus ex horrido, cuius hic
decor est, non sine timore aspici,
praefertur illi languido et bratteato.
Nemo gloriari nisi suo debet.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 41, 6-7 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.109, ll.16-25).